Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 237

, 97.

Cod: CCXXXVI.

Chart: 4. Sæc: 13. 2 7.9.

Collectanea moralia.

Continet collectanea moralia ex S. Scripturâ, Patribus, et jure Canonico ordine alphabetico congesta. Titulo, authoris, que nomine caret, sitque ab initio mutilus an non, divinandum est. Prima rubrica est de Adulterio, ejusque initium: "Non mechaberis. Secundum preceptum non concupisces uxorem proximi tui nona plaga dense tenebre applica." Ego repertorium materiarum aliarum in usum concionatorum illius ævi collectum dicerem..

Cod: CCXXXVII.

Chartæ: 4. Sæc: 13. 2 7.10.

1.

Joan: Gews Tract: de præcept: dilection: Dei, et proximi. 13a 25 c

Joannis Gews Tractatus de preceptis dilectionis Dei, et proximi. Prima quidem rubrica est: "Sermo de preceptis dilectionis Gews." Verum tractatum dici debere, etqui dem satis prolixum inspicienti mox patet. Incipit: "Duo sunt precepta caritatis. Primum de caritate sive dilectione quam homo habet ad deum. Hujus tractatus nullam apud eruditione inclitos mentionem offendi.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 237

, 98.

2

Theses theologica in Universitate Vien-
Theses theolog. 254a–346d nensi a variis Magistris, et Doctoribus
proposita, et profugnata.

3

Sententia facultatis theologice Viennen-
Sententia Facul. theol: Viennens: de XXIV Senioribus in Apocalypsi. 347a–357d sis data ad Archidiaconum Judenburgen-
sem ao 1400 contra opinionem quorundam
fanaticorum, qui XXIV Seniores in Apoca-
lypsi Dei consiliarios esse fingebant. In-
scriptio sonat: Sequitur scriptum de 24
Senioribus. Initium hujus epistole est: Ho-
norabili providoque ac sollicito viro domino
in superiori Styria ac archidiacono Dece-
nus ac magistri omnes ac singuli facul-
tatis sacre theologie universitatis studii
Viennen magne caritatis affectum et hono-
rem duplicem hys qui bene presunt populi,
citum efficaciter promoveri. Orthodoxe fi-
dei puritas professionis nostre fidelitas ac
zelus quo pro animarum salute fervemus nos
excitando compellunt, contra quordam er-
rores ac noxias superstitiosasque observan-
cias exurgere et astare posse tenus veritati.
Quia nuper ad congregationem
nostram veridicorum deducebatur relati-
bus quod in nonnullis locis vestri archidy-
aconatus et nominatim in Judenburga Tzi-
niarum lator pestiferum quendam erro-
rem severit, et in plurium corda fidelium
suis radicibus plantaverit ut firmiter
credant quod dominus deus cum 24 Senio-
ribus quos beatus Johannes apok. 4° cap°.
commemorat singulis ferus quintis iiij.or tem-
porum quasi ad judicium redeat et cum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 237

, 99.

eis consilietur de futuris agendis per quas
tam anni proxime subsequentem &c Propo-
sitis et rejectis superstitiosis hisce opini-
onibus epistola finitur: "Datum Vienn in
ducali collegio in nostra generali congrega-
cione super hoc solempniter celebrata
anno domini M°. CCCC°. 27 die mensis octo-
bris sub nostri sigilli appensione ad ma-
jorem certitudinem prescriptorum &c Amen."
Ejusdem epistola Chyrographum extitit in
Bibl: Tynsteinensi. Vide Kraus Chronic.
Lilienfeld: T. II: p. 179. Plura vide in Nova
Biblioth: ecclesiast. Friburgensi, Vol. VII. Fasc. II. p. 370.

4

Hugon: de S. Vict. dialog: de custodia castit: NB: Est Michaelis Prioris Carthusiæ Pragens: sis. 362a–399a

Hugonis de S. Victore Dialogus de cu-
stodia castitatis. Rubrica est: "Dyalogus
de custodia castitatis." Absolvitur duobus
libris, quorum primus incipit: "Semper qui-
dem pater dulcissime ut nosti delectatus
sum cum tua dilectione de salubribus
materiis confabulari." Magister totus in
eo est, ut discipulum ab ineundo retrahat
conjugio. In fine additur: "Explicit liber
Hugonis de Sancto Victore / qua verba rubro
colore linea superscripta sunt: / de custo-
dia virginitatis secundus." Attamen Hu-
gonis non esse hunc dialogum plura persua-
dent. 1. Interopera illius in carcum qua-
ritur. 2. Nimia authoritatum S. S. V. coacer-
vatio, uti et illud cujusvis Patrum senten-
tiæ subnexum: hæc Ambrosius; hæc Au-
gustinus &c: a stylo Hugonis sunt aliena.
3. Adducitur authoritas S. Bernardi epi-
stolis, et sermonibus, qui undecim annis
post Hugonem diem obiit, quemque in
scriptis genuinis Hugonis quisquam citatum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 237

, 100.

reperi. 4 demum operis conclusio hæc est:
" Quodsi alicuius invidorum hec que in carita-
" te scripsi voluerit reprehendere reprehen-
" dat doctores quorum sentencias posui et
" si male estimat me intelligere auctoritates
" Jeronimi contra Jovinianum quarum mul-
" tas posui legat Jeronimum ad pamacium
" et videat si juste reprehendat Ibi enim
" probat omnia denuo que contra Joviniano
" dixerat Quodsi adhuc reprehendat adhuc
" utique virginitatem nupciis preferam quam,
" diu vivam! Hæc Hugonem scripsisse
neno sibi persuadere poterit, qui noverit
Hugonis scripta.
Authorem hujus dialogi esse Ven. Michaelem
Lionem Carthusiæ Lugdunensis, Cyriacensis, et
Aysbatensis, qui ao 1401 decessit, edoctus
sum a Bernardo Pezio in Bibl. Ascet. T. III. pag.
ubi integer habetur impressus. Plura vide
ibidem in præfatione, et quos ibi laudat.

Cod. CCXXXVIII.

Membran. Fol. maj. Sec. 12. 13. B f. 1.

1.

Concilium provinciale habitum Viennæ in Austria per Pontificis Clementis IV. Legatum Guidonem Cardin. ao 1267. Incipit: " Frater Guido miseracione di-
" vina tytuli sancti laurencii in lucina
" presbiter cardinalis apostolice sedis
" legatus ad perpetuam rei memoriam.
" Postquam deus formavit hominem. In fi-
" ne: " acta sunt hec Vienne in Austria anno

Concilium provinciale habitum Viennæ in Austria ao 1267.

1a – 2b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 237

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27586

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)